





Von der Westhorner mancher Gall und
Englischer Reichen etliche & Ghezüge

W 3.111

7

CASPARIS CUNRADI Phil.& Med.D.

AD
Q. HORATI FLACCI
Odarum

Librum I.

PARODIAE



OLSNÆ SILESIOR.

Prælo
Bößlemesseriano.

clo loc ix.

Nob. et ampli. Dr. Christ. D. P. -
meyer. Author.



Ad Magnificum, NobiliS.
atq; AmpliS. Virum,

Dn. CHRISTOPHORUM
AB HOBERG, IN FUR-
STENSTEIN, &c.

Dominum & Fautorem metum
eximiē colendum.

ANUS ad exodiū rursus sua cornua duxit;
Dum tenet æqvorei Sol habitacula Capri.
Aurea ubi lapsō reclusit secula mundo. (M. O.
CHRISTUS Patre DEUS, Matre creatus Ho-
Tempus o optatū! memoranda o gaudia Bruma!
Quēis majora dies nulla, nec annus habet.

Nunc imi certant, certant nunc munere summi,
Atque vovent anni fata secunda novic.

Hos ego jam pariter, generose, secutus, HOBER-
Ecce tibi Strenam missiculo tenuem. (G. I.

Strenā præpingvi quā sevit HORATIUS arvo
Quo nec erat, nec erit major in Orbelyra.

Tu solito pro more libens hanc accipe dotem,
Cu N R A D I q̄, memor vive, valeq̄ tui.

Si quid vota valent, hoc uno finio voto; (P. E.
Conjuge cum salvus sis uti, sisq̄ Pater!

M. T.

Cum officio & cultu

CASPAR CUNRADUS D.

• 6 * 6 •



CASPARIS CUNRADI
Párodiarum

LIBER I.

AD CHRISTOPHORUM AB HOBERG
In Fürstenstein., &c.

Ex Odâ I. Mæcenas atavis.

HOBERG I lepidis edite Gratiis,
Q& deliciū & dulcis amor me⁹!
Sunt, qvos lautitiis curriculum
ad breve

Transegisse juvat; vitaqve blandulis
Consummata jocis, molleq; basium.
Poclorum socios congregat ad Viros⁹.
Hunc, si colloqvi⁹ turba Gnathonici
Surgit blandisonis tingere laudibus⁹.
Hlum, si propriæ condidit arculæ,
Qvicqvid de variis légerit artibus⁹.
Pergentem stolidos radere turpiter.
Nummos, Iätricis conditionibus⁹
Numquā permoveas, ut vel in horulam.
Férventes avidus contineat manus⁹.

Martem fulmineis ensibus horridum
Bellator metuens, ociū & aureas⁹

A 2

Laudat



Laudat pacis opes: mox recipit novam.
Mentem, nō docilis commoda perpeti.

Est, qvi nec vegeti jugera rūsculi,
Nec terram rigido scindere yomere
Spernit: nunc locuples farrā sub horreū
Condens, nunc pecoris svave bonū sui.

Multos lustra juvant, atq; feræ canum.
Latratu timidæ, telaq; bestiis'
Formidata: natat per mare turgidum.
Mercator, patrii liminis immemoer,
Seu spirent placido flamina murmure,
Seu qvasset laceras unda furens rates'.

Me magnarum Hygiæ pocula virium.
Vi clarant validâ: me Sophiæ decus,
Musarumq; leves cum Charisin modi
Ereptant tenebris: nam neq; pharmaca,
Latous cohibet; nec Sais innuba.
Musæum renuit subdere nablium.
Qvod si me his Genii' dotibus accipis,
Vivaci referam carmine te meum.

A D C H R I S T U M

Pro felici novi anni auspicio.

Ex Oda II. Jam satis terris.

JAM satis nobis crucis, atq; duræ
Sortis ostendit D e u s, & minace
Dexterâ plures jaculatus hastas,
Puniit Orbem.

Puniit



Puniit gentes nova qvò rediret
Versio mentis mala multa qvestæ,
Omne qvū Dæmon scelus egit, amplam
Perdere terram.

Inferum & diam genus anxit ædem,
Priva qya sedes fuerat beatis:
Et superstructis vetera occiderunt.

Fraudibus æqua.

Vidimus pestem rigidam nocenti
Littore in nostro miserè veneno
Ire repletum tabulata ditum,

Tectaq; egentum;

Aetheris dum se rosei Dynastæ

Jactat ultricem: ruit & furenti

Caritas ripâ , Domino probante,

Crimina propter...

Audiuit, Turcas acuisse ferrum.

Quò greges CHRISTI gravijùs ferirent:

*Greges CHRISTI gravit
Audiunt pugnas virio patrato*

Secula nostra .

Quem vocet Diuīm populus caduci

Corporis rebus prece quâ fatigent

**Corporis rebus: prece qua fatigent
Christidos costus minùs audientem**

Vera JEHOVAH.

Vota JEHOVAM?
Cui dabit partes mala vindicandi?

Rex DEUS Icom d^o m^o n^o s^o c^o r^o n^o

Rex Deus: tandem venias, pr
Carne mortali.

CHRISTE Redemptor :

A 3

Ee

Et vel in celi rutilantis ædem,
Qvam Salus circum-volat atq; Vita,
Gaudium & perpes, reqviesq; dulcis,

Transfer onustos
Hei nimis longâ rabie malorum!
Qvos fames vexat, galeæq; tristes,
Et lues pestis nocitura sâvo

Fulminis ausu.
Sive, si mavis superesse adhuc nos,
Meta sit cunctis, velut anno, duris;
Annus & præsens ut eat sereno,

Annue, vultu.
Serus ad poenam properes, diuq; ve
Mitis intersis populo misello:
Neve te nostris vitiis ad acrem,

Percitus iram,
Tolle; sed vultu potius benigna
Audias dici Pater & Patronus:
Neu sinas pravos furere usq; inultos

Te, Jova, Rege.

Ad Pindum,

PRO

FRIDERICO TAUBMANO,
Poëtarum Phœbo:

Ex ODA III. Sic te Diva potens.

Sic te Nata sagax Jovis,
Sic turmæ Clariæ, vivida numina,
Musa-



Musarumq; regat Pater.,

Aversis aliis, prater Hiantios.

Pinde o! qui tibi creditum,

Mactas TAUBMANIDEN: Vatibus

Jungas avigenum, precor., (entheis)

Et serves animi delicium mei.

Illi Phœbus & ars potens

Intra pectus erat, qui melicam sacro

Tentavit modulo chelyn.

Primus; nec timuit barbariem tru-

Occursantem Aganippisi, (cem.)

Nec dentes rigidos, nec stolidum

Qui non arbiter Aonis (Midam,

Peior, tollere seu spernere vult me-

Quem sortis timuit modum, (tra.)

Qui fixis oculis monstra volantia,

Qui vidit labra frivola, &

Informes maculas despicientium.

Non frustra Deus addidit,

Prudens fluminib⁹ Bellerophontiis

Musas: namq; Sebethides

Non spernenda Deæ flumina prote-

Solers omnia volvere (gunt.)

Gens Musæa, canit per melicum ne-

Solers Virgilii caput (mus.)

Heroös numeros Vatibus attulit.



Post illum Claria domo
Subvectum, suboles se nova Musicæ
Metris exhibuit suis,
Heroisq; priùs mœsta Elegeia,
Nervis substituit fides.

Emensus Lyricū carmen Horatius
Plectro vix homini dato. *(labor.)*

Transcenditq; Helicona Ausonius
Nil nunc Vatibus arduum est. *(neque)*
Ævum ipsum volumus carminibus:
Per nostram patimur chelyn.
Acceptata Deum ponere nablia.

A D
ABRAHAMUM SANDECUM
PHIL. ET MED. D. super Reginæ
Anfangiæ Conjugis carissimæ
obitu.

Ex ODA IV. Solvitur acris hyems.

Solvitur arrha tori durâ vice mortis & ferē-
Necantq; caram tres Deæ maritam. *(trij;*
Ac neq; jam suboli gaudet Pater, aut heromi-
Nec tecta sveto prosperantur usu. *(nistri;*
Jam Citheréa gemens lessum canit occidente
Iunctaq; Musis Gratia dolentes *(taedā,*
Alternâ pectus feriunt vice, dum graves RE-
Mors ad ppingvans dissipat favillas. *(GINÆ*
As Nunc

ova Musici
Horatius
labor.
Ausonius
neque
mimibus:
KIND 25
nabia.

Nō decet aut pullâ mōrenſis caput impedire vit-
Aut veste, manes quā volunt, nigellâ. (tā,
Nunc & ad exſtructum Functē decet ejulare
egēia.
Seu præſet ore, ſive præſet oclis. (buſtum,
Lurida mors unâ qvarit viâ egētium latébras,
Ditumq; ſellæ: ô beata Conjuſx!
Vita meta tua ſpem nos jubet abdicare longam:
eſlam te petit Nex, invidæq; Parcæ,
Atq; humus exilis lethi domus: huc ſemel re-
Neo regna mundi poſtulabis hujus; (lata,
Nec bona fluxa ſoli mirabere, queis caleſcit
Nunc omnis, & mox triftiter peribit. (Orbis

A D

JACOBUM CHIMMARRHÆUM

COM. PAL. EQ. AUR. SACR.

Cæſ. Majestatis Eleemosynarum

Majorem. &c,

Ex ODA V. Quis multâ gracilis.

QVIS docto melicis te Vir in Orgiis
Imbutus numeris poſcit Hiantiis
CHIMARRHÆE, sub arvo?
Cui ſparsam decoras comam,
Dives Laureolis? ah qvoties opes
Collatumq; decus dicet! & ardua
Viyis atria fertis
Attestabitur integer,

A s

Qui



Qvi nunc te fruitur clarus Apolline:
Qvi semper placidum, semp amabilem.
Sperat; conscius oris
Candens: Vegeti, qvibus
Attentatus ades. Me cithara virens
Musæa titulus concitat, omnia
Consecrassæ potenti
Ornamenta lyræ Deo.

AD
EILHARDUM LUBINUM, SS.
THEOL. D. & Professorem
Rostochiensem.

Ex ODA VI. Scriberis Vario.

DICERIS Melicis clarus, & Oscinum
Ductor, Pierii numinis obside,
Qyam-rem-cūq; sagax versib⁹ aut chely
Vates, te, duce, fecerit,
Nos, LUBINE, neq; hac dicere, nec cataīn
Flacci Melpomēnen serpere nescii;
Nec venam Satyræ per juga Persia,
Nec svavem Juvenis lyram.
Tentamus, tenues ardua: dum pudor,
Imbellisq; metri vena fluens negat
Splendorem Lyrici Principis, & tuum
Vili deterere augmine.

Qvis



Qvis Phœbū strophio vincitū Aganippio
Sarlaudaverit, aut Mœoniis modis
Præstantem Andiaden, aut ope carminis
Pelignum Clariis parem?
Nos cantamina, nos bella Sebethidum,
Largis in melicos dotibus entheos
Spectamus stupidi: sive quid addimus,
Non prater Genium leves.

AD CASPAREM ARTZAT IN
SCHOTKAVV, REIPUB. VRATISLA-
VIENSIS SENATOREM, in Vigiliā
Magorum.

Ex ODA VII. Laudabunt alii claram.
LAUDABUNT alii diam Themin, aut
Meditrinam,
Aut Sophien, Sophicavē Minervā.
Munera; vel plectro Musas, Charitesvē
Insignes; aut murmura Svatæ. (lepore
Sunt, qib' unū op' est, Bellonæ vindicis
Carmine vividulo resonare, & (artes
Undiq; florentē fronti præponere Palmā
Plurimus in Mavortis honorem.
Aptā dicit Erō Cyprin, dulcesq; Napæas:
Me nec tam celebris Stagyritæ,
Nec tam divini permovit vena Maronis;
Quām fatus Omnipotente Parente;

Et



Et Mater Virgo; & Pastorū turba, Magiq;
Dotibus ex Oriente profecti , (stum
Sid' ubi ignito præmōstrat lumine CHRI
Matre latum ; neq; decipit astus' (to
Herodis. Sic tu repetens agitare memen-
Latitiam, festiç; vigorem, (curis
Dulci, ô ARTZTE, sono; seu te prægnantia
Fulcra tenet; seu vasta tenebit (neceq;
Tegminis ora tui. CHRISTUS Phlegetona,
Qyum peteret, tamen incluta Flatu.
Pectora cæli suo fertur firmasse vigore,
Sic tristes adfatus amicos'. (locoru,
Qvo-Vos-cunq; trahet gravior fortuna
Ibitis, ô animæ redimendæ! (CHRISTO:
Nil desperandum CHRISTO duce & auspice
Sumus enim p̄misit Iöva, (turum:
Innocuum reparente polo Phlegetona fu-
Olati, & pia vota ferentes' (lingvas
Mecum sâpe Viri! nunc cantu solvite
Cras festum celebrabimus ingens'.

AD MORTEM
SUPER JACOBI MONAVI V. CL.
OBITU.

Ex ODA VIII. Lydia dic per omnes.
MORS fera dic, per iras'
Tetuas oro, MONAVUM cur prope-
ras necando. Per-



Magio
(stus)
e Cura
us' / (o
emere
(curis
nante
ecce;
erata;
aru
gor
cori,
tuna
spice
mi:
a fu
givas
vici
5
S
AUS
. Cl.
rib
3
D
rope
Per

Perdere? cur perennem? (mæ?
Invides vitam cupido nominis atq; fa-
Cur neqve Musicalis? (litis'
Inter Ascræos resideret? lumina nec po-
Pascit acuta libris? (Minervam,
Cur neqvit fontes Clarios visere? cur
Aære concitato (arte
Ocyus linqvit, neq. jam nomina gestat
Magnifica: antè laude, (claro?
Ante trans Alpes titulo nobilis ævi-
Quid cadit, ut Phrynondae (lethi
Improbū dicunt socium sub tenebrosa
Tegmina? ne Deorum (ret figuram,
Cultus in terram & fragilem concide-

A D

CHRISTOPHORUM AB HOBERG
In Fürstenstein, de die Geniali.

Ex ODA IX. Vides ut altâ stet.

VIDES, ut alto fulgeat æthere,
Natalis, & jam concipient modos,
Musæ recantantes, novoqve
Gaudia per volitent sonore.
Adsume pectus, vota super die
Large resolvens, atqve lubentiūs
Deprome sumolūm parentis',
CHRISTOPHORE, Æmonii faler-
num. Per-



Permitte Jovæ cetera; qui simul
Morbos removit corpore langvido
Exæstuantes: nec dolores,
Nec validi revidentur ignes.
Quid sit futurum cras, age, desine,
Qvam fata lucem nunc tibi dant, ovans
Consume; nec svaves lepôtes
Sperne refes, neq;ve jubilatus;
Donec juventæ te species habet
Oprtata.. nunc & barbitus, & chelys,
Svavesq;ve Musarum sonores
Harmonico resonent susurro.
Nunc & latentis flore tenellulo allel
Fragrans odoris prodeat halitus:
Sertoq;ve fulgescant capilli,
Aut digitæ redolente Nardo.

AD

BALTHASAREM EXNERUM
P. L. summo in Philosophiâ
gradu ornatum.

Ex Oda X. Mercuri facunde nepos.

BALTHASAR dilecte nepos Themis,
Qui catas ædes melici vireti (ftos,
Mente qvæsistī stabili, fidelis,
More ministri:
Te cano doctæ Sophiæ & Minervæ
Militem,



Militem, cultaque Dices sodalem,
Fervidum, quidquid placuit labore
Volvere crebro.

Te, sacros olim quia potitasti
Largiter fontes, melicum vegeti
Carmine ut cernit, nitidus brabejo
Cinxit Apollo.
Quin & armatam, duce eo, Minervam,
Dum colis, sancta Themide haut relicta,
Optimalque artes & honora Phœbus
Serta dicavit.

Tu pias cultis recreas Camenas
Versibus: linguaque gravem reflectis
Mellea Svadami, titulo bonique
Clarus & aequi.

AD DANIELEM RINDFLEISCH
BUCRETIUM, PHYSICUM
VRATISL.

Ex Oda XI. Tunē quæstieris.

Tanerejicias sumere amans, que tibi que tuis
Lycophrota sacro, Bucreade, neu Heliconios
Detrectes numeros, dum melius, quidqd erit, feras
Seu suaves modulos, seu tribuit barbito Actius,
Que nunc adpositis exacuit pectinibus fides
Musæas, faveas; munus ames: omnib⁹ & locis
Cor pnum foveas. Dum canim⁹, pectore decidunt
Cura, vive diu, quam minimum turbid⁹ anxi.

AD



AD EUM DĒM.

Ex ODA XII. Qvem Virum aut.

Q VEM Sophum aut Coum citharā vel
Barbito sumis resonare Musa? *[acri*
Qvem Virum? cujus recinant honora
Carmina nomen.

Aut in umbrosis SLESIDOS viretis;
Aut super montes; celebrivé in Urbe,
Unde signatam benè consecuta
Pharmaca terram.

Arte secretâ celeres morantem.
Mortis insultus, rabidumq; ve virus
Fortem & amissas medicante succo
Reddere vires.

Qvid? priū dicam meritis Parentem.
Laudib⁹? qvi res Medicūm atq; Vatum,
Qvi lyram & cantus, variasq; ve terræ
Edocet herbas.

Unde nil majus celebratur ipso;
Neve par qvidqvā, nec adest secundum:
Proximos illi tamen *ÆSCULAPUS*
Servat honores.

Pharmacis præstans neq; te silebo.
THESSALE, atq; ægris PODALIRI amate
Artibus: nec te metuende letho,
Docte MACHAON.

Et



Et Coum dicam; simul & G A L E N U M,
Usque victuris geniis utrumqve
Nobilem, qvorum medicina nisu

Tota refulsit.

Aufugit philtoris agitatus humor;
Concidunt morbi, fugiuntq; Parcæ;
Et minax (qvod sic voluere) busto

Morta recumbit.

M E S U E N post hos priùs, an sagacem,
V I D I U M , aut R H A Z E N sonem, an A V I C E N -
Optimos ausus, dubito, an V E S A L I (NÆ
Nobile nomen..

T R A L L I U M , C O R D U M , Geniiq; magni
L A N G I U M , & C E L S U M , C A P E V A C C I U M q;
Lœtus Aëtæâ recinam Camenâ,

F E R N E L I U M q;

Hunc, & argutum Medicis C R A T O N E M
Utilem morbo tulit; & F O R E S T U M
Nostra tempestas, & opima multo

Secula luxu.

Splendet obscuris velut ignis oris;
Fama P L A T E R I ; micat inter omnes
S A X O N I S sidus, velut inter astra.

Cetera Phœbus'.

Pœonis cœtus generose Mystra
Orte B U C R E T O , Tibi cura læsi
Corporis fatis data: Tu sereno
Numine cures',

B

Scu



Scu nosus Cives Patriam tenentes
Adgravat nisu domitos maligno;
Sive dejectos aliis in oris
Viribus ægros;
Te minor lassos citò linqvat artus;
Tu manu doctâ mala cuncta pelle;
Tu parum fido valitura subde
Pocula letho.

Ser. Stregæ Anno 1600.

AD
THOMAM ELSBETHUM
MUSICUM

Ex ODA XIII. Qvum Tu, Lydia.

Q V u m tu, Vir bone, Musicæ
Concentûs lepidos, svavia Musicæ
Edis murmura, næ meum,
Fervens Pieriâ voce cluit jecur.
Tunc & mens mihi, tunc vigor.
Imo corde sedet, & sônor auribus
Gratus molliter infonat,
Qvi me Musicolis tangit amoribus.
Lætor seu tibi blandulos
Moverunt strepit' harmonicae sono
Rixa: sive melos grave
Ornavit celebri cantica Symbolo.
Hoc ex me catus audias?
Spes perpetuum Musica versibus
Lau-



Laudantem orgia, qvæ Melo
Multæ parte sui nectaris imbuunt.
Felicem ter & amplius^z, (lis)
Qyem divina tenet Musica: nec ma-
Disturbata sonantis^z (polbi gōtūm dis^z).
Vox discors streperis dedecoret mo-

AD JOHANNEM HENCEIUM
Blanckenburg, Crucigerorum cum,
Rubea Stellâ per Poloniam & Silesiam Magistrum
supremum, ad D. Matthiæ VratisL.

Inde die Natali.

Ex ODA XIV. Onavis, referent.

OHENCI, referant in gemitus novæ
Te curæ? o qvid agis? latiter inspice
Fastos! nonné vides, ut
Pleni latitiâ lares,
Et festo Genius lumine gestiens
Pimplæq; ve cluant? ac sine versibus
Vix servare Camenæ
Possint multi sonabilem,
Pindu? en heic tibi sunt codita carmina;
Heic vincla: hæc iterum solve potens
Qyamvis mysticus heros? (manu:
Jovæ presbiter optimi
Præfers & genus ē nomen amabile,
Nil factis Melicus nectere vinculis
Horret. Tu nisi Musis
Debes symposium, vide.



Nuper sollicitum si tibi tedium,
Nunc sit delicium, sit pia alacritas:
Inter sacra gravantes
Absint festa dolentiae.

PHOEBI IN MORTEM MINÆ
Super Obitu

JACOBI MONAVI VIRI CLARIS.
Ex ODA XV. Pastor quum traheret.

RECTOR qvum raperet sub Styga nisib,
Lethæis MONAVUM mortifer inclutu,
Jngenti Aonias cordolio obruit
Divas, ut gerneret fera.

Phœbus fata.. malâ poscis avi Virum,
Qvem multo repetent Numina milite
Perrhæbæa, domos rumpere tetricas,

Et regnum Trivæ fremens'. (cæ
Heu! heu! qvant' adest & Themidi & Dr.
Plangor! qvanta moves tristia Musicae
Genti! jam citharam Pieris & fides,

Lessumq'ye & lacrumas parat.
Neqvidqvam stygii præsidio ducis'
Pandes guttur hians, grataq; Erinnys
Horrenti jaculo funera dividet;

Neqvidqvam tumulo graves'
Diras & generis tela Aganippii
Vitabis, strepitumq; & celebrem metris
GRUNÆUM: tamen heu serus averneos'
Ungves flumine prolues!

Non



Non BERSMANIA DEN perniciem tuæ
Gentis? nō agilem T AUBMANIUM times? [?]
Urgent impavidit e HUGOq; GROTIUS,

GRUTERUS, SCALIGERq; amans
Artis, sive opus est vincere carmine,
Non Athleta piger: CASELIUM qvoqve
Cernes: ecce venit te petete impiger.

LA U B A N U S' melicis potens:
Quem tu, dama velut collis in alterâ
Vilum parte canê, graminis immemor,
Ingenti fugies exanimis metu,

Non hoc præmentiens prius.
Iracunda dicam letho operabitur
Umbrasumqve duci Musa Heliconia,
Per longas hyemes anget Hiantius
Fervor Tænarias domos.

AD M. GEORGIUM CAROLIDEM
à Carlspergå, P. L. C. & Novæ
Pragæ Secretarium.

Ex Oda XVI. O Matre pulcra.

O Vate docto prostate doctior,
Qvod- gestienti- cunq; voles, epos
Dabis poësi, sive plectro,
Sive modis liber auspicatis.
Non asteriscus, non adytis qvatis
Noctis tenebras aurea Cynthie;

B 3 Non



Non Phœbus æqvè; non coruscæ
Sic radiant iuper orbe flamæ,
Dia ut poësis: qvam neqve barbarus
Oppressat ausis, nec rigor æmulus,
Nec lingva mordax, nec timendo
Zoilus ipse nocens veneno.
Apollo fertur subdere Musicæ
Svavi sonorus particulam undiqve
Divinam, & innati vigoris
Vim Clario adposuisse Pindo.
Sylvas Caménæ Threicio sono
Movere, & altis carmina rupibus
Fuere caussæ, cur salirent,
Lætiter; injiceretqve Pento
Magnum stuporem barbitos Orpheo.
Intende nervos. Me qvoq; Delii
Allexit in dulci juventâ *(res)*
Clangor, & in melicos sono
Movit cluentem: nunc medicis ego
Mutare qværo musica: dum mihi
Fiunt retractatis acerba
Deliciis, animumq; demunc.

AD D. BALTHASAREM BRUNNERUM
Illustrissimorum Principum Anhaltinorum
Consiliarium & Archiatrum.

Ex ODA XVII. Velox amenum.
Felix medentum sápè volumina
Mutat Poësi Phœbus, & invidos
De-



Defendit insultus ministris
Usq; suis, ridosq; morsus.
Impunè lètum per nemus entheos
Edunt canores, & metra Deliæ
Herois ancillæ canori,
Nee tetricos metuunt Odiros;
Nee mordicantes carmina Zoilos',
Ucchinque svavi, Vix bone, barbito
Colles & Aescræi videntis
Musica personuere tecta.
Di me reservant; Dis sonitus mei,
Et Musa cordi est: hinc tibi adorea
Manabit ad plenum vegenti
Laudis amorū operosa plausu
Heic in reclusâ Phocide, Pœonos'
Levabis æstus, & fide Deliâ
Tolles facientes laborem,
Sacrophagum, rigidosq; mor
Heic musicalis pocula Nectaris' (bos.
Duces sub umbrâ, nec Rhodopæius'
Cum morte confundet sacerdos
Iurgia; nec metues dolorans
Symptoma mœstus, ne stimulo truci
Exasperatum conduplicet malum;
Et sternat artus exsolutos
Viribus, occiduumq; pectus.

AD



AD NANUM,

Ex ODA XVIII. Nullam, Vare, sacra.

Nullam, Nane, tua peste prius, dispicias luem
Circa putre solum pectoris, & nubila gloriæ:
Cunctis criminis nam priva suum cor perhibet: neq;
Errores aliter corripies transgredientium.
Quis post fatâ suum dedecus aut opprobrium velit?
Quis non te potius laudis epos? teq; virens decus?
At ne quis positum transfiliat limen adoræ,
Titanæa monet cum gemitu turba sub inferos
Debellata; monet Liriopes Natus amans sui.
Nam laudem atq; luem perpetuo sine cupidinum.
Discernunt homines. Non ego te, vivida Gloria,
Invitam referam, nec variis laudibus inclutam.
Sub dium rapiam: nota doma Liriopœia
Formæ svavia, qvæ subseqvitur cœca Philautia;
Exsurgens tumidâ plus nimio fama superbâ.
Contemptusq; sui finitimi, peste nocentior.

DE OBITU LAURENTI SCHOLTZI
Medici Vratislaviensis.

Ex ODA XIX. Mater sœva.

FATUM triste vigentium,
Parcarumq; jubet me rigidum trias,
Et lugubris humatio
Finitis oculos reddere lacrulis.
Angit SCHOLTZI A DÆ exitus
Curantis medico principe faustius.
Angit dura necessitas,
Et vultus intimè post modò cōspici.
In te Morta ruens gravis
Umbras deseruit: nec patitur torum
Et



Et præsentis egentem opis' (tinent.
Prolem cernere: nec qvæ insuper at-
Heic tristem mihi næniam, heic
Ploratus, Melici, jungite, votaqvæ
Vira cum reqvie novæ
Supremo fuerit lætior æthere.

A.D.

PAULLUM A GISBICE P.C.L.
Nobilem Bohemum.

Ex ODA XX. Vile potabis modicis.

VILE captabis melicis poëma.
Cantibus, moto qvod ego ipse ple-
Conditū lusi, data teste temet (Aro
Qvum mihi Laurus,
GISBICI Vatum decus ! ut potentes
Phocidos Divas, simul & sacrata
Dicerem versu grayiore docti
Numina Pindi.
Stridulam & venā gracilem tenellā
Tuleges Musam: mea nec Calábri
Temperant succi, neqve Mantuanæ
Carmina lymphæ.

JN MARIAM VIRGINEM, ET
INFANTEM JESULUM.

Ex ODA XXI. Dianam teneræ.

B 5

MARIAM



MARIA M teneræ dicite Virgines;
Jnfantem, pueri, dicite JESULUM;
JEHOVAMq; supremo
Cantandum Aligerum choro.
Vos lœtam puerò hoc, & lepido sono,
Qvodcunq; aut Volucri provenit agmi-
Pastorum aut vigilantum, (ne)
Lingvis & Sophici gregis.
Vos cunas totidem tollite laudibus,
Natalemq; , mares, BETHLEHEN JESULIS
Excarnemq; ve JEHOVAM
Maternaq; ve hominem cute.
Hic sortè lacrmosam, hic rigidam famę
Pestemq; à populo & SLESIDOS orbitā in
Turcas atq; ve Gelonos.
Vestrā motus aget prece.

A D
M. JOHANNEM AB HOECKELS-
HOVEN SCHOLÆ MAGDALÆ
VratisL. Rectorem
Ex ODA XXII. Integer vita, scelerisq;
INTEGR famæ, fidei q; plenus
Non eger Martis clypeo, nec arcu:
Nec venenato tetricis madore,
JANE, sagittis.
Sive per turbas iter invidentes,
Sive facturus per amarulentos
Zoilos.



Zoilos, vel quæ loca mordicatrix
Possider Ate.
Namq; me Pindo Lycus à virenti,
Dumicatam sector Sophien, & intra
Terminus Musis moror eruditus',
Pellit euntem.
Quale portentum neqve bellicosa
Tuteia in lucis alit impeditis',
Nec Scythæ tellus generat, ferarum
Horrida nutrix.
Quare me, cultis ubi docta campis'
Pallas Actæo refovetur igne,
Quem locum Pindi Dominæ, sacerq;
Delius' urget.
Quare sub reto nimum propinquæ
Laudis, in fano residi negato:
Svave fingentem Sophien amabo,
Svave loqventem.

AD
CHRISTOPHORUM LINDNE-
RUM THEOLOGUM.

Ex Oda XXIII. Vitas hinnuleo meo.

ARDÈS, LINDNERIDE, me similis patri,
Gestanti proprium cordis in abdito
Natum, non sine magnâ
Fortuna atqve animi fide.

Nam



Nam seu difficiili sortis inhorruit,
Adipectus facie, seu roseæ malum,
Dimovere quadrigæ,
Et mente & manibus juvas.
Qvare nunc ego te, Natus ut unicus,
Æternante fide prendere gestio:
O sic pergit Natum
Constanter prosequi thum.

AD
DANIELM RINDFLEISCH

BUCRETUM, PHYSICUM
Vratislaviensem,
Super obitu

VALENTIS ACIDALI
Philosophi, Medici & Poëtæ.

Ex ODA XXIV. Qvis desiderio sit.

QVIS desiderio sit modus, aut qvies-
T am Vatis lepidi? prome recōditos
Luctus, Terpsichore: cui melicū Deus?
Plectrum cum fidibus dedit.
Ergo ACCIDALIUM lethificus sopor,
Urget? cui generis Praestes Hiantii
Parnassaus Herus, cui Meditrinaq;
Qvando restituent parem?
Cunctis hic eqvidem lugubris occidit;
Nulli lugubrior, qvam tibi, BUCRETI:

Tu



Tu frustrà pius, heu! non ità conditum.

Posces Eurialum tibi.

Qvòd si Pergamio doctior auspice

Tam carum revocare occiperes caput,

Non lapsò redeat flammula corpori,

Qvod telo semel aspero

Fatum nec precio flexile, nec prece

Dejectum tumulo destinat horrido.

Sed luctum levet hunc ingenium sagax,

Qvo junctus tibi perpetim.

A D

NICOLAUM RHEDINGERUM

In Strisâ & Sponsberg.

Ex ODA XXIV. Parcius junctas

qvatiant,

Sæpius dulces repetunt penates

Musicis votis Melici cluentis;

Et tibi somnos adimunt, habetque

Janua crebros,

Qvæ diu multum facilis patescit

Omnibus; præsto es magis & magis jam:

Me tuo doctum subeunte tegmen,

R H E D I G E R adsis.

Insuper Mystras catus entheatos

Colliges recto Sophus in virenti,

Barbara turbante minus per inter-

cisa loqvela.

Quum



Qvum tibi priscus decor & venustas,
Qvæ solet mentes stimulare puras,
Gestet circa caput acriiforme

Non sine plausu;

Docta qvòd pubes latio lepore
Gaudeat, culto magis atqve verbo:
Aridas voces Bavii lodalio
Linqvat inepto.

AD

NICOLAUM HAUNOLDUM.
Sac. Cæl. Majestatis Consiliarium
& in Camera Vienensi Secretarium.
Ex Oda XXVI. Musis amicus.

CANDORI amicus perfidiam & dolos
Linqvo nefandis in styga luridam
Portare Diris, queis sub Orcu
Rex Erebi dominatur atria:
Qvid Nugivendam mulceat, unice
Securus. o qui mentibus integris
Gaudes, amicum prome pectus,
Prome meo Genio penates,
HAUNOLDE præstans! nil sine te mei
Proment canores. Te fidibus meis,
Te musico sonare plectro
Meqve, measq; decet Camenas.

AD



AD POETAS AMICOS.

Ex ODA XXVII. Natis in usum;

NATIS, in hymnos Pieridum, metris
Certare, Vatum est: sumite barbitū
Svavem, Palatinumq; ve Phœbum,
Aonias resonate lingvis.

Phœbo & Poëtis Laurus amabilis
Prædulce qvatum congruit! Actios
Libate clangores, Amici,

Et numeris resonate lātis.

Vultis jocosæ me qvoq; sumere

Plectrum Thalejæ? dicat Hiantiæ

Præses catervæ, qvo beatus

Carmine, qvâ vigeat Camenâ.

Adest voluntas; non alio cluam,

Labore: qui-Te-cunq; tenent modi,

Non indecoris spectitantur.

Deliciis: lepidoq; semper.

Ardore firmas: qvidq; habes, age

Largire doctis Vatibus. ah potens

Qyanto triumphas in theatro!

Digne Deus graviore metro.

Qvæ Musa, qviste dicere laudibus

Poëta dignis, qvod poterit melos?

Vix cantitatum te sonorâ

Oeagrius recinet loqvelâ.

Ad



AD MESSIAM INFERORUM
DOMITOREM

Ex ODA XXVIII. Temaris & terra.

TE necis & Satanæ, tenebrisq; nigrantis Averni.
Victorem perhibent, MESSIA,
Paschatis eximii propè festum lata sacramenta.
Gaudia, nec nōcuit tibi quidquam,
Tænarias tentasse domos, furiisq; boantem,
Percurrisse tholum reddituro.
Concidit en stygiæ Rector Dis ipse paludis;
Alectoq; revincta catenis;
Et stygis observans portam latrator, habentqve
Vincula Sarcophagum rigidum, armis
Exsultum, qvamvis jaculis humana refixis
Funera testatus; nihil ultra
Fibras atqve cutem telo dejecrat acri,
Vindice Te; non insimus Osor
Fortunæ, vitæqve. Sed omnes alma domat vis,
Ac horrenda simul stygis ausa.
Stant trepidi manes sœvo spectacula Diti,
Auxiliumque avidi tuum anhelant.
Capta sénum ac juvenum solvuntur corpora; nullum
Nigra bonum laquearia servant.
Me quoqve lethæi tetricus furor occisoris
Terrificis miserum obruct umbris.
At tu, C H R I S T E, tuæ ne parce, benigne, favilla,
Spiritui atqve animæ imbecilli
Particulam dare. Sic qvocunq; minabitur Orcus
Fluctibus infernis, Libitinæ
Frangentur nisus, Te vindice, vitaq; perpes,
Unde venit, mihi defluet almo
A patre, celestisq; poli Rectore potenti.
Deseris? emeritis sceleratam,
Postmodò me pœnis labem persolvere, qvin &
Tartara nigra, vicesq; dolenda



Me maneant ipsum, ericibusq; relinqvar acerbis;
Meq; litamina nulla piabunt.
Quamquam prosternis, non est mora longa, rogatus
Devoto ter pectore, tollis.

AD

M. DANIELEM VECHNERUM
P.L. & Professorem Aurimontan.

Ex ODA XXIX. Iccī beatis nunc.

VECHNERE, sacris Pieridum cluis'
Gazis? & amplam qværis adorcam,
Longè antē cantatis novenis'
Numinibus? Clarioq; Phœbo

Libas Melissam? qvæ tibi Virginum,
Vati creato desit amabilis?

Tibi qvis in Pindo Poëta,

Emeritum fileat brabejum?

Doctus canores fundere Lydios?

Plectro sonanti: qvis neget entheis?

Tradi virentes jure Laurūs'

Vatibus, & decus exhiberi?

Nunc tu gregatos undique nobiles?

Vatum lepôres, Castaliam & domum,

Ornare Pelignis figuris?

Pollicitus graviora, perge.

DE CHRISTOPHORI AB HOBERG
in Fürstenstein, Natali,
AD PHOEBUM.

Ex ODA XXX. O Venus regina.

C

PHOEBE



PHOEBE Musarum pater & Meden
Linque Parnassi juga nobilisq; (tum,
Rite natalem celebrando HOB ERGI
Limina vice.
Phocidos tecum sociæ Themisq;
Atque formosæ properent Camenæ,
Svadaq; & terno Charites favore,
Doctaq;ve Pallas.

AD
DIVUM RUDOLPHUM III

ROMANORUM Imperatorem
Ex ODA XXXI. Quid dedicatum.

QVID maximum mundi rogitat Caput
Vates? orat, cum cithara novum
Edens sonorem? non nitentes
Cæruleis sub aquis lapillos;
Non fastuosæ magna Bohemæ
Jumenta, non rura aut Moravos agros;
Non vina, quæ svavi sapore
Procreat Austria, copiofa,
Sumant triumphos Marte, qvibus dedit
Bellona palmam; gnavus & ardui
Miles laboris digna poscat
Signa gravi reparata bello,
Vi clarus aucta: qvin vel identidem
Anno revifens agmina Turcica.

Impu-



Med
Med
3 (d)
Me Impunè: me pascunt Camenæ,
Meditrina, vigeniq; Pallas:
Frui paratis & Melico mihi,
Rudolphe, dones: at rogo , Laureâ
Cum floridâ & vitam quietam.
Exigere, & numeris cluentem.

AD MUSAM SUAM.

Ex ODA XXXII. Poscimus si quid.

Poscimus, si quid melici sub Orbe
Lusimus tecum, quod & hanc in horam
Duret, & posthac ; age , dic novellum,
M U S A poëma,
Delio dudum modulara Phœbo ,
Qui sciens morbi , tamen inter ægros
Sive crudeles agitarat imam
Ad illyga Parcas,
Pallada & Syadam , Sophienq; & illi
Semper harentes Charites fovebat ;
Et Deas sacris numeris , sacraq;
Voce potentes.
O amor Phœbi , & sociis noveni
Dulcis adjutrix gregis ! ô honoris
Grande magmentum ! mihi semper adsis
Rite petenti.

AD JOHANNEM A NOSTITZ ET
Noës, in Gross & Klein Strentz, &c.
Capitaneum Wolavensem & Hernstadiensem,
Conillarium Ligio - Bregensem , super
immature obitu.



CHRISTOPHORI A LANGENAW
& Strentz, in Wilxen & Cunrads-
Walda, Privigni.

Ex ODA XXXIII. Albi, ne doleas.

NOSTITI, haut doleas plus nimio memor
Privigni interitus; neu lacrumabiles
Eructes gemitus, cur ita floridus

Letho dispereat cito.

Immitem rigidâ Sarcophagum manu

CHRISTI vicit amor: mors fera nobilem
Stravit LANGNAVIUM: sed prius inferis

Jungentur Superi Dens,

Quam nigrâ maneat LANGNAVIUS domo.

Sic visum DOMINO, cui placet entheus

Mentes atq. animas sub juga celica.

Lato ducere cum sono.

Ipsum te gravior si subeat dolor,

Gratâ detineat luce beatitas

Sempiterna, bonis favor Orbite.

Volventis fragiles jocos.

AD CUNRADUM A B HOBERT
In Fürstenstein.

Ex ODA XXXIV. Parcus Deorum.

PARCUS medentum Cultor & infreqvens
Poëticanti dum sapientia

Addictus erro; nunc retrosum,

Ferre gradum, atq. iterare cursus

Sumo



GEN. Sumi relictos; namq; sagittifer
Herba potenti morbida diluens,
Plerumq; per morbos valescens
Donat epos, memoremq; famam.
Quoq; Auster algens, & Notus imbrisfer,
Quoq; Libs, & Arctoi horrida frigoris
Procella, Vulturinusq; mollis
Disjicitur: valet ima summis
Equivare, & obscurum evelit ad polos
Honore maestans: inde pigrum catus
Apollo eum minace vultu
Dimovet: heic beat occupatum.

AD JOVAM.

Ex Oda xxxv. O Diva gratum.
O Jova! vastum qui regis æthera,
Potens vel amplum prævehers et decus
Itum misellum, vel potentes
Reddere præcipites Dynastas.
Te gnarus ambit cordifluâ prece,
Pindi Colonus: Te Dominum Aonis
Qvicunq; museo requirit
Phocida Pieriam cothurno.
Te Cultor aræ, Te nomici Viri
Sophiæ, Coiæ, & Laicus rudis,
Prolisq; matres Christianæ &
Laetæolæ repetunt puella.
Qæstus ne pede proruas
Pindum labantem, neu melicus cata.
Ad arva contendens, ab arvis
Exsulet, atq; Hesicone cedat.
Te semper ornat syavis amœnitas,
Cantus decentes & modulos chely
Litans sonorâ: nec voluntas
Prona deest, animusq; præsens.
Te vox & ample lingua sonans canit

Adauita



Aducta metro; nec Dominum negat.

Qvocumq; commotus ferens

Mente oculos alienus abdis.

At turba perversa, & vitorum amans

Retro recedit: disfligunt sacris

Cum labe neglectis secessit,

Ferre preces minime parati.

Serves daturum Cæsarem Hispanas

Viris corollas, & juvenum regens

Ornamenta Aſcræis canendum

Versibus, Ardalioq; plectro.

Ohe Maro, & nunc regnat Horatius,

Nasoq;! qvid nos ambigimus vigens

Etas? quid intactum Poeta

Linqvimus? unde lyram juventus.

Cultu Deorum, continet? aut qvibus

Silescit oris? ô utinam novo

Calore restantes potentum

Vatis hymnidicis amores.

JN JESU CHRISTI DEI-HO MINIS NATALEM

Ex ODA XXXVI. Et thure fidibus.

E I cantu & precibus juvat (dulo

Placare, & citharae murmure blan-

Regem Patre D e o satum,

Qui nunc Bethlemio natus in oppido

Lapsis maxima fratribus,

Nulli plura tamen gaudia coherat,

Qvam leuis gregibus, memor

Casus, tartareo rege, gravissimi,

Mutatiq;ve simul status.

Albo ne careat lux pia calculo;

Neu



Neu læti mora jubili;
Neu, more Alituum, sit moduli qvies;
Neu multi Satanas mali,
Electos stygiis circumeat dolis:
Neu desit sua laus D E O;
Neu pax Terrigenis; neu pia gaudia.
Omnes in puerum hunc suos
Infigant animos: nec puer hic novo
Divellatur Ates malo
Terrenis miseris horrifcentior.

DE JESU CHRISTI
VICTORIA.

Ex ODA XXXVII. Nunc est bibendum.
Nunc est canendum, nunc pia jubila,
Fundenda Jovæ; nunc venerabili
Orate Victorem inferorum,
Temp' adest prece, Christiani.
Ante hac nefans depromere gaudia.
Ex corde pleno, dum stygiæ domûs'
Rex ille funestas ruinas',
Tartara & Orbicolis parabat,
Exstuant cum grege Erinnyum,
Orci sororum, qvidlibet efferus,
Tentare, flammantiq' averno
Percitus. At minuit furorem.
Sperata celso missa S A L U S polo,
Mentemq;



Mentemque ferventem rabie truci
Coëgit in turpes timores
CHRISTUS ab arce nigrâ ruentem
Letho suo urgens: miles ut impiger.
Hostes paventes, aut timidum potens
Certator in circō palestræ
Sangvineæ: daret ut catenis
Jmmane monstrum. Qui generosius
Pugnare qværens, nec trepidabilis
Expavit Orcum, nec latentes
Cerbereâ Lemures palude:
Tetram sed ausus visere regiam,
Vultu minaci plenus, & horridum
Prensare Plutona, ut cremandos
Eriperet barathro misellos,
Vinclis prehensâ morte potentior:
Diris colubris scilicet imperans,
Redux ab infernis potenti
Victor ovans abiit triumpho.

AD MENTEM SUAM.

Ex ODA XXXIX. Persicos Odi, puer.

CALLIDOS Odi, mea Mens, amores:
Displacent mistæ dubiis loquelæ:
Mitte seftari loca, qvæ dolosâ
Fraude tumescunt.
Simplici recto nihil allabores,
Providis euro, neq; te latentem,
Dedecet rectum; neq; me sub omni
Sorte vigentem.

* * *















VD16
PV





7

CASPARIS CUNRADI

Phil. & Med. D.

